

II. IDEM AUGUSTINUS. [c. an. 412. in Africa.]

Quod Mali sint tolerandi a Bonis.

TU Bonus tolera Malum. Nam & Christus Judam, cum sciret furem esse, toleravit, & ad predicandum misit, eique cum alis Eucharistiam dedit.

III. IDEM super Joannem Tract. 50. ad c. 12. [c. an. 412. ibid.]

Pro pace Ecclesie Mali sunt tolerandi.

Quid ergo voluit Dominus noster Jesus Christus, fratres mei, admonere Ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit; nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi dividamus?

IV. IDEM Serm. 18. de verbis Domini 4. [fortè c. an. 410. ibid.]

De eodem.

Ecce, inquit, dicit propheta: Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo Malos pro pace tolerabimus, à quibus exire, & recedere jubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus: illi corporaliter.

V. IDEM in secundo libro contra Epistolam Parmeniani, c. 1. [fortè c. an. 400. ibid.]

Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel excludit à se, quod non potest.

Quisquis vel quod potest, arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, gravitate improbat, firmitate supportat: hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit: Va his, qui dicunt, quod nequam est, bonum; & quod bonum est, nequam.

VI. IDEM in eodem c. 21. continuò. [fortè c. an. 400. ibid.]

Quid sit Malis sociari.

Tu plane, si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus favet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur.

VII. IDEM in Epistola 152. contra Donatistas n. [an. 412. ibid.]

Aliena peccata in Ecclesia alicui non præjudicant.

Si quis à Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantum liber laudabiliter se vivere existimet, hinc solo scelere, quòd à Christi unitate a disjungit, non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum.

VIII. IDEM in Sermone 18. de verbis Domini 3. [fortè c. an. 410. ibid.]

Non te maculat Malus, si et non consentis, sed ipsum redarguis.

Malis semper corde disjungimini: ad tempus cautè corpore copulamini. Sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis?

IX. IDEM ex eodem 4. [fortè c. an. 410. ibid.]

Immundum tangere, est peccatis consentire.

Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis?

X. IDEM in Epist. 48. ad Vincentium. [c. an. 408. ibid.]

Non maculant Innocentiam facta Noctentium, que ab eis credi non possunt.

Quam magnum est crimen ab istorum Innocentium communiione separari? Nam & facta Noctentium, que Innocentibus demonstrari, vel ab Innocentibus credi non possunt, non coinquant quemquam, si propter Innocentium consortium etiam cognita sustulerint.

XI. IDEM in Sermone 24. de verbis Apostoli. [c. an. 415. ibid.]

Mali, quos Ecclesia recipit, nec expellit, à Bonis sunt tolerandi, non iudicandi.

Fortè d in populo e Dei itat juxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nosti talem, & fidelis est, vel potius fidelis vocatur. Non enim potes de Ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigandum, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare.

GRATIAN. Antea citabatur ex lib. 1. de unico Baptismo, ubi non habetur.

GRATIAN. Est & alia distinctio tolerandorum, & cavendorum, quam licet colligere ex verbis

XII. AUGUSTINI dicentis Serm. 49. de Verbis Domini. [c. an. 410. ibid.]

Pastor est diligendus, Mercenarius tolerandus, Latro cavendus.

Tres personas dixit Dominus (& debemus illas investigare) in Evangelio, Pastoris, Mercenarii, & Furis. Pastorem dixit animam suam ponere pro ovibus suis, & intrare per januam. Fur em dixit, lupum vel furem fit videat, fugere; quia non est illi cura de ovibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per januam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, qui fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oves, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ovibus: mercenarius est enim.

GRATIAN. Ecce quòd Mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spiritali vindicta sunt puniendi.

XVI. GREGORIUS I. [c. an. 593. ibid.] In Lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum.

XIII. HIERONYMUS in Comment. Epist. ad Gal. 4. [an. 386. in Palestina.]

Spiritualis nunquam carnalem persequitur, sed e converso. Qui secundum carnem natus erat, persequetur spiritalem: nunquam enim spiritualis carnalem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticum fratri.

XIV. IDEM AUGUSTINUS in lib. 4. de Baptismo, c. 12. [c. an. 412. in Africa.]

Boni à Malis nunquam in hac vita penitus possunt separari.

Quantus arrogantia tumor est: quanta humilitatis, & lenitatis oblitio; arrogantia quanta jactatio; ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec Apostolis concessit Dominus, ut zizania à frumento putet se posse discernere?

XV. IDEM GREGORIUS I. Hom. 38. Evang. [c. an. 593. Roma.]

Præsent Ecclesia simul recipit Bonos & Malos.

Hæc autem vita, que inter Cælum & Infernum sita est, sicut in medio subsistit; ita utrumque partium Civis communiter recipit: quos tamen sancta Ecclesia & nunc indifferetè suscipit, & postmodum in egressione discernet.

GRATIAN. Ex his omnibus colligitur, quòd Malorum vindicta Deo reservanda est; nec sunt corporaliter puniendi: sed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem invitandi.

Unde Christus in Evangelio ait: Audistis, quia dictum est in Lege: quem modò ultionis Lex statuit: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinem, & charitatis perfectionem vos invitans, dico vobis: Nolite resistere malo, sed dirigite inimicos vestros; benefacite eis, qui oderant eos, ut sitis filii patris vestri, qui saltem suum irriti facit super Bonos & Malos.

Unde illa à terrore incepit dicens: Ego sum Dominus Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem. Hac verò à lenitate mansuetudinis, & misericordie, ita iniqui: Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. In illa dicitur: Qui fecerit hoc, vel illud, mortem morietur. In ista: Gaudete super uno peccatore penitentem agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia. Item: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.

XVII. AUGUSTINUS in libro de Fide, & Operibus, c. 4. [c. an. 413. ibid.]

Quidam mala puniendi sunt, & quedam toleranda. Unde verò e contrariò periclitantes, cum Bonorum, Malorumque permissionem in Ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientie præcepta didicerint, (que ita nos firmissimos reddunt, ut etiam videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra; aut quoniam zizania in Ecclesia esse certum, ipsi de Ecclesia recedamus destitutendam a putent Ecclesie disciplinam, quamdam perverissimam securitatem præpositis tribuentibus, ut ad eos non pertineat, nisi dicere, quid cavendum, quidve faciendum sit: quolibet autem quique faciat,

His ita respondetur: Sunt quedam, que salubri dumtaxat admonitione sunt corrigenda, non corporalibus flagellis animadvertenda, sed eorum vindicta Divino examini tantum est reservanda: quando in delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, est nobis nota sunt, tamen manifestis iudiciis probari non possunt.

XVIII. AUGUSTINUS in libro de Fide, & Operibus, c. 4. [c. an. 413. ibid.]

Quedam mala puniendi sunt, & quedam toleranda. Quidam verò e contrariò periclitantes, cum Bonorum, Malorumque permissionem in Ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientie præcepta didicerint, (que ita nos firmissimos reddunt, ut etiam videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra; aut quoniam zizania in Ecclesia esse certum, ipsi de Ecclesia recedamus destitutendam a putent Ecclesie disciplinam, quamdam perverissimam securitatem præpositis tribuentibus, ut ad eos non pertineat, nisi dicere, quid cavendum, quidve faciendum sit: quolibet autem quique faciat,